

Bono cum Deo.

CHRISTIANI RAVII
BERLINATIS
DISSERTATIO
DE
SCRIBENDO LEXICO
Arabico-Latino.

INDEX CAPITVM.

- I. **C**ontinebit 1. Lexicon arabico-latinum Giggæi Mediola-
nense 4. tom. in fol. 111. P. F. Dom. Germani de Sile-
fia Romanum Italico-Lat.-Arabicum in fol. 111. Raphelen-
gii Leidense Lat.-Arabicum in fol. & ita 6. volumina haec-
tenus edita. Erit in 4^o. duntaxat 100. quaternionum: & præver-
tet Guadagnoli, quod ante annum promisit.
- II. Meliori, naturalisc. omnibus hominibus connato ordine,
omnes planè omnium vocum trilateræ, quibus quadrili-
teræ submittentur, radices 21952 arabicis literis, quot in lin-
gua arabica extantes unusquisque naturaliter novit, recen-
sebuntur, ita ut nulla omittatur, nulla inferi possit, quod
nulla hæctenus præstitere lexica, & quod omnes optant,
- III. Radicum generales in abstracto ac propriissimas significa-
tiones, à quibus reliquæ omnes dependent, recensabit: sub-
junctis ferè omnibus verborum & nominum secundariis:
solùm latina illorum sex voluminum planè omnia, nulla voce
aut exemplo latino omisso, sed non arabicas voces habebit,
quia in lexicis arabum proximè edendis per chalcographiam,
& in autoribus arabicis extant.
- IV. Præmissa pleniore, facilioreq; grammatica arabica verborum
nominumque analogorum & anomalorum, Syntaxis, Pro-
sodiæ, & extrahendæ radiceis, quam Guadagn: Dominici, &
Giarumiæ: addita
- V. Methodo docendi & discendi linguas Orientales, ac de earum
ad invicem respectu, sublatis tot timoris causis, & pere-
grinitatis horrore:
- VI. Additis paucis de amplissimo terrarum campo, ubi linguæ
orientales à mundi creatione hæctenus vigent.

Huius